



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hviſs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Exempla Prætereo, & Miracula, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

EXEMPLA PRÆTER-  
eo, & Miracula,

*Quæ complures aui huius Scriptores pro tempore contigisse, aut floruisse SANCTOS miraculis illustres plurimos, vere produnt; Hisce enim multa volumina sunt completa ut sectanti solum Publica, etiam horum delictus ex innumeris necessario sit habendus;*

*Adeo contra Hereticos & Schismaticos Romano-Catholica Fidei Ecclesiam Deus testatam voluit demonstrare.*

*Atque hoc SOLENNE MEVM totò hoc tenui, teneoque Tractatu.*

Deinde

*POLITICA ea quadam pauca de libo, non quæ Necessariam, sed Illustrem, ad Fidei Ecclesieque Demonstrationem, habent conjunctionem cum Ecclesiastica Potestate.*

*Deniq; plurima Acta Publica prætermitto, quibus Apostolica Sedis Romane Primatus Autoritas ac Potestas in Ecclesiasticis iuxta & Politicis orbis Christiani totius luculente asseritur.*

*Sileo, quot, quantique Principes transe- rint ad Monasticum.*

AN. MCXCIX. Hucusque Rom. Pontifices per Vicarios omnia Eccles. negotia tractarunt Constantinopoli, Græciaque tota; Nunc Veneti cum exercitu Crucesignatorum, victo occisoque Alexio Imperat. Balduinum Flandriæ dederunt Imperatorem Latinum, & Patriarcham Latinum Maurocenum.

Huic mandat Papa prohibeat Confir-

*mationis Sacramentum dari à Sacerdotibus, cum sit Episcopi.*

*Ineradicat clancularias domi concium- lus laicorum & fœminarum fieri ceptas è vulgari versione homeliariorum: cum Christus & Apostoli, mis- sique ad hoc solum publice prædica- rint.*

*Armeni cum Rege & Patriarcha redeunt ultro ad Unitatem Eccl. Ro- manæ:*

*Ideoq; Papa mittit Regi vexillum ima- gine S. Petri in signe; qui antea per Mo- guntinum Archiepiscopum promoue- rant eam reductionem.*

*Philippo Sueuo denegar confirma- tionem Electo à pauculis, & excom- municato; moxque in Ottonem Imp. ducenti.*

*Celebrari incipiunt S. Dominicus Canonicus in Hispania, & S. Franciscus in Italia.*

*Abbas Joachim Florientis sua in Scri- pturam Commentaria prophetijs as- spersit usque ad 15. Pontifices futuros; sed ancipitis fidei.*

*Ordo S. Trinitatis de redemptione ca- ptiuorum oritur.*

*Albigenses circa Tolosam plus mille vrbes infecerant; quorum errores erant 35. infandi.*

*Edicto proferuntur & arcetur ab Hispania.*

AN. MCCI. Dominicæ obseruatio- nem in Anglia per negotiationes pene abolitam restituit Abbas Eustachius, utpote de cælo mandatam; & miraculis vindicauit Deus in resistentes ei- dem.

AN. MCCII. Regnum Armeniæ est imme-

immediate sub Papa: qui & Domino Bulgarorum dat iuseoronę regię.

Mittit quoque Gladium benedictum Regi Scotię cum inscriptione, *Defensoris Fidei*. Rex ille claret miraculis viuens.

*Ordo Hospitaliorum S. Spiritus* instituitur ab Innocentio Papa; & plurium fit Sanctorum canonizatio.

AN. MCCIV. Constantinopolim, excusso Saraceno, recuperant Crucesignati, & Alexius V. Imp. se vnit Ecclesię Romanę; Verum hoc per tyrannum occiso, Balduinus Flandrię comes creatur à Crucesignatis Imperator Orientis, Latinorū Ecclesię Romanę iunctorum, vt eis Gręci vniantur.

Ottocarus Boemię Dux titulum regium accipit ab Ottone Imp. & confirmatur à Papa sic rogato.

Item Bulgarorum Ducem vngit in Regem per Legatum Papę. Aragonum Rex item coronatur Romę, & regnum *constituit veltigale S. Petro*; fidemque iurat Ecclesię Romanę.

Contra *Albigenses* mittit Papa Petrum Legatū cū XII. Abbatibus Cister. qui prædicent Crucem & plenariam Indulgentiam ijs, qui nomina darent Sacramilitię contra *Albigenses*.

Cunctis ijs præijt exemplo S. Dominicus, vt posito apparatu prædicarent in Apostolica humilitate ac paupertate.

Neque solum trahebat exemplo; sed multiplici rapiebat miraculo.

1. In disputatione cum peruicacibus *pronocat ad diuinum iudicium*; Sux fidei confessionem perferibant vtrinque, flammis iniiciant; vtrius in exusta per-

manerit, cum ea Deum stare censendum.

*Albigensium* iniecta, momento absumitur; S. Dominus ter iniectus liber ter resiliit illæsus. Conuersi multi.

2. Ad Narbonem petenti hæretico tradit scripta quædam Romano-catholicę fidei capita: ad focum ea versant disputantque hæretici complures.

Placuit demum *Schedam injicere in focum*, ter iniecta ter exiliit illæsa.

Condicunt ad silentium facti; sed ad stans miles Catholicus euulgauit.

3. Ab concione abeuntem secutę nobiles matronę, poseunt doctrinam suam quo miraculo testetur.

Et ille; Videte Ducem vestrum; Ecce, obscenę *monstruosum selem* inter se obambulare cernunt, & abhorrent; qui tandem per restem campanilem euadens euanescit.

Talibus repleuit Gallias fidei testimonijs.

AN. MCCV. Coloniensis Archiep. etsi coronasset Ottonem, ab eo tamen ad Philippum desciiuit.

Monitus à Papa contempsit; itaque *Innocentius eum & Episcopatu & Electoratu deiecit*; iussique Canonici surrogant alium Comitem à Seien.

Dux Philippi S. Goarem ad Rhenum impugnans oppositum ab obsessis *crucifixum* telo per brachium trajicit; itque cruor.

Ottonis miles crucifixo ad Herbipolim dum hastili vestem detrahere vellet, forte vulnerat imaginem; manatque cruor.

*Ordinem Cruciferorum* asserunt à S.

oo Cle-

Cleto, Petri discipulo, duxisse originem; cui angelus crucem exhibuerit, qua insignirentur Romam peregrinantes, in memoriam Dominicæ Passionis: dictumque *Ordinem Crucigerorum*.

Sanctus Cyriacus Hierosolym. Episcopus eum auxit sub Iuliano Apostata; confirmavit Alexander III. & Innocentius III. Crucigerorum traduces secum eduxit Albertus Liounum Episcopus.

*Ordinem Eremitarum S. Augustini* hoc anno adprobavit Innocentius PP. Secus volunt alij.

ANNO MCCIX. *Simon Comes Montifortius* Dux Crucesignatorum ad Biterras cædit 17000. Albigenium.

Otto Imp. confirmat *Privilegia Rom. Eccl. sive datâ Bullâ aurea*. Ferreâ Mediolanum, aurea Romæ coronatus; Mox ingratus eripit S. Petro donata ab S. Mathilde dominia.

Ad quinquies centena millia Crucesignatorum ducit Montifortius contra Albigenes, *S. Francisci Ordo* instituitur hoc anno; confirmatur an. 1224. *S. Dominici Ordo* institutus an. 1201. confirmatur an. 1216.

AN. MCCX. Ottoni raptori Mathildis patrimonij, monitoq; sed contemtori, Papa abrogat Imperium; iustique Electores Francofurti renunciât Rom. Regem Fridericum, Regem Sicilia; petuntq; confirmationem à Papa.

Henricus Imp. Orien. publicatû à se edictum; *Quod Ecclesias nemo possit, debet atque bonorum immobilium instituere heredes*: iussu Papæ obedienter reuocat; & cogit Satrapas, Ecclesiasticorum bonorum raptores, ad restitutionem.

Montifortio armis, S. Dominico prædicatione & miraculis virgente Albigenes, vitæ per XV. dies argenteæ cruces in aere; demum senem cum illustriore cruce distringere visus gladiam aduersus Tolosam, cui cæteræ cruces opitulabantur. Secutaq; protinus est Pæpæ excommunicatio in relapsum Comitum Tolosanum, tutorè Albigeni. Inuita matre filius peregrinationem votiuam obibat ad B. Mariâ miraculis clarâ. Digressum mater impensis precibus Deiparæ commendat. Is capitur, truncatur manibus, & exoculatus dimittitur, perrepatque domum. Mæstra parens orat Deiparam, vt commendatum sibi filium restituat integrum. Ecce oculos recipit momêto; manus sensim recrescunt.

AN. MCCXI. Fridericus Romæ præstat *inramentum fidelitatis* in Eccl. Rom. dependêdis fructibus ex feudis Romanis; item de omittenda Laicali Inuestitura. Simul ducit in Germaniam; Ottonem interim Apuliam, Calabriam & Neapolitanum regnum occupante.

Contra Albigenes acriter pugnatû & feliciter. Leuauri palliû cruce signatû potuit flammis absumis; at non crux. Sabbato Sacris operantem Albigenes capiunt, & exlecta lingua dimittunt Dei parâ implorantis ori digitum illa imponit; redditaque lingua in Angelicæ Salutationis recitationem primam resoluitur.

AN. MCCXII. Montifortio percontante, quousq; tam Cruentum bellum durabit? Respondit S. Dominicus: Dû exterus Rex ceciderit, cum innumeris hæreticis. Et ecce hoc an. Rex Aragonum

num ducit contra Crucesignatos. *Alfon-  
sus Rex Hispania* occidit prælio ducen-  
ta millia Maurorum, præsidio Crucis in  
acie apparentis. Indictumque est *festum  
victoris Crucis*.

*Rex Anglia*, anno superiore excom-  
municatus, hoc anno supplex Papæ fa-  
cessit ab Inuestituris Laicis, restituit bo-  
na Ecclesiastica, *coronam deponit in ma-  
nus Legati Apostolici*, recipitque reddi-  
tam post V. dies ab excommunicatione  
absolutus, & dependit S. Petro annuas  
auri marcas, ex Anglia 700. ex Hiber-  
nia quadringentas.

AN. MCCXII. *Fridericus*, præstitis  
Papæ solennibus, Principum Germa-  
niæ suafu, dato diplomate confirmat  
prisca, nouaque iura, Dona que Eccle-  
siæ Romanæ: sicque coronatur Impera-  
tor.

*Rex Aragonum* suas ingentes copias  
iungit Tolosanis; Montfortius ad oppi-  
dum Muretum 10000. peditum dispo-  
nit; procedit cum 800. equitibus, tres  
in turmas diuisis, crucem præferente  
Episcopo Tolosano, precesque conge-  
minante S. Dominico.

*Funduntur cum Rege*, fuganturque *Albi-  
genses*; desideratis è grege Crucesigna-  
torum vix duobus.

Monfortij arma benedixerat prius  
in Missa Episcopus: Comes illacry-  
mans regi cælo & ipoliato, redit ad tem-  
plum, Victoriæ referens Deo: equum,  
& arma distribuens in pauperes.

ROSARIIS. *precibus* ea tribuitur vi-  
ctoria.

Nam cum post tantos tot annorum  
labores prædicationum, & miraculo-

rum signa, pauci tamen Albigenfium  
errore damnato resipiscerent;

Sanctus Dominicus inter flagra vo-  
taque deprecans Deiparam, audiit,  
eam *Laureolam conuersionis Restituto Suo  
Filijsque Psalterio* ex Deo deberi, ac refer-  
uari.

Proinde in Angelicæ Salutationis  
prædicationem sedulus inculcaberet; si-  
mul, quæ, qualia prædicaret, aperiens,  
cum momento reddidit Theodida-  
ctum: ipse vero cum socijs omnem in-  
ter plebem, in primis ad plerarumque  
nationum proceres, Rosarium peruul-  
garat; sicque commendauit miraculis,  
vt Crucesignatorum esset ferme nemo,  
qui cum Cruce Christi Filij signo, non  
gereret, simul & *Matris Dominica Sym-  
bolum Rosarium*.

*De hisce nuper reddidimus orbi,  
Ecclesiæ ac Ordini Dominicano*

B. ALANVM RE-  
DIVIVVM:

*Quem editione Henninganâ  
deprauatum reddidit emendatio-  
nem mea Schonvvetteriana; Bo-  
ni consulas, oro;*

Hic Prætereo.

Papa Concilium Generale denun-  
ciat Sacris, laicisque Principibus ob  
hæreses, Terram S. & disciplinæ refor-  
mationem.

AN. MCCXIV. Papa dat vngitque  
Regem Aragonū, his ita supplicatibus.

Philippus Rex Gallia post nuptias cū Blanca Alphonfi Hispania regis congressurus cum Otthone Eximperatore ab 150000. militum instructo, prius orat in proximo templo S. Petri; aitque suis; *Feliciter pugnabimus; Facile enim paucis vincere plurimos, iudicio Ecclesie damnatos.* Otthone fuso fugatoque Rex largissimus est in loca lacta. Querentibus de eo proceribus ait: *Equi negem Deo tantilla; qui donauit omnia;* Itaque ē spolijs *ponit basilicam Deiparae Victrici.* Archiepiscopum Colonensem Theodoricum, Ottoni inhaerentem excommunicato, Papa exiit Episcopatu; alio surrogato.

AN. MCCXV. *Concilium Lateranense Generale* statuit de Baptismo, Pœnitentia, & Eucharistia: adprobauit vocem *Transsubstantiatio;* Almerici hæresiarchæ condemnat figmenta; item Albigensum; Montifortis in præmium donat Ducatum Tolosanum; qui, vt Beneficiarius Philippi regis Gallorum, ei præstat iuramentum fidelitatis.

*Exercitus 20000. puerorum,* autore incerto, ducit in Terram S. At in mari à pyratis capti pereunt omnes.

*S. Dominicus* cum Fulcone Tolosano Episc. adiens Concilium *petit Ordinis sui Confirmationem;* sed eum distulit Paps; quod plures inissent societatem; vt vt S. Franciscus cum Christi; Carmelitæ quidam; alij sub nomine S. Augustini. Vbi vero didicit Papa secundum quietem ei reuelante Deo, Lateranum lapsabundum ab S. Dominico & sociis sustentari; esse petenti propensior cœpit: Iussuque Tolosam reuerti ad socios, eis diuinitus instinctus dat nomē *PRÆDICATORVM,* Alius Professor ad plu-

teum obdormiscens videt *VII. stellas intrare scholam;* & ecce aduenit S. Dominicus cum socijs. Idem Papa durior S. Francisco, ob paupertatem intolerabilem visam, eluditur ab eo isto; *Virgo pauperula, Regi nupta, dotis secura est.*

Montfortij saluo labaro, sæpe perticam vexilli contigit transfigi telis; præstante id cruce; S. Dominicus sæpe telis instar niuii petitus stetit illæsus, protegente Patrona Maria.

AN. MCCXVI. Innocentius PP. III. amantissimus decoris domus Dei, plus octo millibus egenis ministravit necessaria; omni Sabbato 12. pauperulis pedes abluebat. Moritur sancte: Succedit ei Honorius III.

Ab hoc *obtinet S. Dominicus Ordinis confirmationem* hoc fine; vt aduersum Albigenes prædicet. Vidit in Sancti Petri Christum Iadicem *iriarum tela* in tria scelerum capita vibraturum, intercedente Deipara retardatum, sistenteque famulos duos orbem reformaturos. Altero mane ignoti inuicem ruerunt in amplexus S. Dominicus & Franciscus; cui ille; *Stemus simul, & nullus aduersariorum praeualebit.*

Alias ibidem comprecanti apparentes S. Petrus baculum, S. Paulus librum præbent, cum mandato; *Vade, prædica hoc enim tibi ministerium à Deo est demandatum.* Leodiensis peti egrinatus per loca sacra omnia demum constitit in loco Dominicæ ascensionis, & ait; *Vbi que te quaesui; nusquam inueni, Domine; non datur hinc ultra, nisi tu me rapueris post se,* dicto que occidit.

AN. MCCXVII. Honorius III. cunctatus *Carmelitarum Ordinem* confirma-

firmare, ab apparente Deipara monitus audit: *Non est aduersandum in his, dum iubeo: nec dissimulandum, dum promoueo.* Teutonici *Bruffiam* armis edomant; dein ad *Christum perducunt.* Istiuc plurimum templarij conferunt.

AN. MCCXXIX. S. Dominicus Bononiam cum tribus suam infert Coloniā; quæ urbem trahit in poenitentiam, supplicationes frequentantem. Mortem cuiusque Dominicani campanula cœnobij sua sponte insonans prænunciare diu solebat.

Otto Eximperator obit desertus, inglorius; sed *penitens* de sua in Ecclesiam rebellionē: petijt æger collum à coquinarijs suis calcari, præbuit Sacerdotibus dorsum disflagellandum, absolutus ab Episcopo Hildeshemensi, Honorio adprobante.

Ordinem B. Mariae de mercede auspiciatur Rex Aragoniæ; habitū dedit B. Raymundus, vestem & cucullam candidam cruce rubra insignitam. Alij rectius id referunt in an. 1223.

AN. MCCXX. Fridericus II. data & fide, & confirmatis iurib. Ecclesiæ, coronatus iam imperat. Ordines S. Dominici, S. Francisci, Carmelitarumque mirifico cum progressu propagantur.

Capta Damiana ab Cruce signatis, peste magis, quam armis, Columna Cardinalis, bis à Saracenis captus, Romam secum *transtulit Columnam*, ad quā Dom. flagellatione rubuit.

AN. MCCXXI. Recrudescente Albigensium hæresi iubet Papa *Sacramentum de Poenitentia* prædicari ab Dominico S. Dominicus, Clero Romæ otio diffuente, permouit Papam, *Sacri Palatii*

*Magistrum* institueret, qui S. Scripturam Clericis interpretaretur. Sic hodieque perseverat. Famosæ peccatorum & peccatricum fiunt Romæ conuersiones prædicatione meritoq; Rosarij. Inter ea S. Dominicus, Ordine latissime propagato, concedit fati.

AN. MCCXXII. Conradus Henrici Bauariæ filius Parisijs in Germaniam abiens, visis Prædicatoribus Deum orat, nosse cupiens, quid Instituti id esset: apertoq; libro primum occurrit oculis, *Laudare, Benedicere & Prædicare.* Inde Ordinis amantissimus extitit.

Fridericus I. contra fidem datam violat Iura Ecclesiæ: & subterfugit succurrere Cruce signatis.

At PP. vicesimā Galliarum partem exactam submittit eisdem. *Nascitur sanctus Thomas Aquinas* maximo orbis bono.

Conuentus Prædicatorum Coloniæ ædificatur ex occasione tali: Petrus Canonicus S. Andreae, & medicus audit ægrum communicandum percunctanti: *Credis hoc esse verum Corpus & sanguinem Christi? respondere, Credo: quærit. Num bene respondit? Affirmante Sacerdote exclamat: Ve mihi! Quomodo tot annis Missas celebraui; putauit species istas esse merum signum veri Corporis Dominici.* Ergo in poenitentiam construit in Stollano vico templum S. Magdalene & Hospitale: quæ ex hoc vertuntur in Conuentum Prædicatorum.

AN. MCCXXIV. S. Francisci Ordo Minorum confirmatur: Et ipse die S. Crucis exaltatæ, quadagesimam ieiunans meruit vere Stigmati Christi passifignari. Secus ac impostor quidam

in Concil. Oxoniensi deprehensus est præstigiöse stigmata Christi in suo corpore mentiri: ideoque combustus.

ANNO MCCXXV. Fridericus II. etsi dolo malo tardaret promissam à se expeditionem in Terram S. & Ecclesiæ Iura pessundaret: *hereticos tamen edictis exagitavit, poenitq; coert. et eorumq; pariter fautores*: S. Ludouicus Rex Gallia Animum eis eripit.

ANNO MCCXXVI. Obiit Sanctus Franciscus exhausto per stigmatum cruciatus corpore seculo.

A. MCCXXVII. Tolosæ Prædicatores septem pro fide plexi, capita receperunt, ac in Prædicatorum ecclesiam detulerunt.

Ac idcirco Raymundus Comes Tolosanus hæctenus peronax, eiurata heresi, redit in gremium Ecclesiæ, iam persecutor Albigenis, S. Ludouico & Blancha cum adiuuantibus anno 1228.

A. MCCXXVIII. Excommunicato Friderico II. inuitatisque ad Bellum Sacrum Danis, Suecis, Anglis, Gallis, Germanis quiescit per Italiam *factio Guelforum & Gibellinorum*: orta sub Rogerio Sicilia anno 1137.

Episcopus Ambiensis, quod Decreto Prædicatorum Parisijs isti: *Plura beneficia præter unum, tenere posse neminem, salua conscientia ac salute*: isti inquam contradicēs apparuit mortuus Episcopo Parisiensi, ac damnatus.

AN. MXXIX. Fridericus ad decennium paciscitur cum Sulthano, turpiæ sibi, Christianis iniuriöse: gessitque nihil gloriöse. Nemine Ierosolymis volente ei, vt excommunicato, coro-

nam imponere post Missam Paschalē; ipse eam sibi imposuit ab ara raptam, seq; gladio accinxit; & sic urbem obiit. Papa nouam indixit, excitauitq; Expeditionem cruciatam.

AN. MCCXXX. Fridericus II. ipse supplex P. pæ absoluitur ab anathemate: sed continuo exauget factionem Guelforum & Gibellinorum: cuiusque diuexat Ecclesiam atheus, Iuraque pessundat.

Juliana virgo, Leodij seruientis leprosis, ex reuelatione crebra accepit de *festo Corporis Christi instituendo*: itemq; alia ibidem duæ, ex sanctitate clara.

AN. MCCXXXI. Gregorius IX. confirmat *Ordinem Monachorum Mercenariorum*: & Ordinem B. Mariæ de mercede redemptionis.

*Seruitarum Ordo*, seu Seruorum B. Mariæ, ceptatur Florentiæ à VII. nobilibus, quibus Deipara cum Angelorum choro apparens in veste pulla sic fieri monuit sub regula S. Augustini, tum approbavit Gregorius XIII. an. 1578.

Crux prædicata contra Mauros in Aragonia, eos obterit: Passimq; ralescunt hæretici Albigen. & Vvaldenes: Imperatorijs eos opprimenibus poenis.

AN. MCCXXXII. Papa per *S. Iordanum Prædicatorem*, miraculis inclitum ac eloquentia, componit pacem inter Fridericum vrbesque Lombardiæ: *S. Inquisitionis officio*, Prædicatoribus passim demandato, hæretes euanescent. *S. Elisabetha* obiit.

AN. MCCXXXIII. Barbari gentes accipiunt legem Christianam per milites à Papa Prædicatores, ac Minores.

Sed



Sed & vtrorumque martyres sancti cumulantur, Confessores miraculis illustrantur.

AN. MCCXXXIV. S. Dominicus, anno superiore translatus, ob miraculorum denitatem, canonizatur, Ludovicus Rex ab vitæ sanctitate toti Galliæ inclarescit desponsatus.

An. 1235. S. Elisabetha, canonizatur, testatō ipsius vita perscripta, & innumeris miraculis attestantibus, transfertur an. 1237. Marpurgum: Quo etiam Læcca Domini Venetis donatur à Balduino II. Im. Latinorum. Fridericus autem turbat Italiam, cum proposito evertendi Papæ: simul hanc studiosum filium Henricum mori in carcere cogit: vt cui Imperij spes facta fuisset.

An. 1238. Fridericus tandem erupit; cæsis Papæ Legatis ipsi necē molitur. Sed

An. 1239. Excommunicatus ita scribit Papæ:

*Roma diu titubans, longis erroribus acta,  
Corruerit; & mundi desinet esse Caput.*

Cui Papa *Niteris incassum nauem submergere Petri.*

*Fluctuat, at nunquam desinet esse ratas.*

Contra Frider. *Fata volunt; stellæ, docent  
Animumque volatus;*

*Quod Fridericus ego  
Malleus orbis ero.*

Cui Gregorius. *Fata voluit; Scriptura docet;  
Peccata loquuntur;*

*Quod tibi vita breuis,  
pena perennis erit.*

An. 1240. Indictum à Papa Conc. generale nititur impedire vincēs Legatos eius prælio nauali, & nexos retentans: quos an. 1243. dimisit.

AN. MCCXLIII. Innocentius IV. tentat Fridericum Ecclesiæ conciliare; sed hic ei molitur necem, turbatque Italiam. S. Hedvigiis Ducissa Poloniæ obit, vltis prius S. Virgimbus cum quibus abijt in cælos.

A. MCCXLIV. Ordo Equitum Christi instituitur in Iuonia, cum signo ensis rubri & crucis in pallio. Coronam Spineam Christi dat Balduinus II. Venetis, qua nunc Parisiani gloriantur.

AN. MCC LVI. Innocentius III. indictum Concilium celebrat Lugdani I. Fridericum excōmunicat, exiit Imperio: contra eū creat XII. Cardinales, quos pileo rubro insignit, indicio, quod sanguinem fundere parati sint pro Libertate Ecclesiæ. Hic furere Fridericus, necare Sacerdotes, Missam ipso coram patrate detrectantes, data encyclica Claves ambas Papæ derogare, Parmam obsidere evertendam, idcoq; eius loco condere Victoriam; sed ante victoriam triumphabat. Nam Papa contra eum prædicari Crucem curauit; Parmenses eruptione facta Fridericum castris exuunt, ac profugant, eversa victoriâ an. 1241. S. Ludgardis Ord. Præd. moritur.

Henricus Turingiæ Landgrauis an. 1244. Rex Romanorum designatus, cepellit Imperiū hoc an. vincitq; Friderici filium ad Francēfurtū. Et Papa hortatur omnes Principes ad eius obedientiam, simul Authenticas addit ad Decretales.

Raynoldus Archiepisc. Colon. deuicto Mediolano transmittit corpora trium Magorum & SS. Naboris ac Felicis Coloniam.

A. MCCXLVII. Henricus Rex Rō. ad Vlmā ictus sagitta toxicata extinguitur.

tur: Papa Prædicatores cum officio Inquisitionis mittit in Lotharingâ, Burgundiam: &c. Sancit de hæreticis non sepeliendis in loco sacro: *Quia non conuenit in locis sacris fidelium, tumulari corpora excommunicatorum; ut, quibus uiuis Ecclesiam non communicauit, nec communicet & mortuis.*

A. MCCXLVIII. *Guilielmus* Comes Holladiæ creatur Aquisgrani Rex Ro. contra Fridericum eiusq; filium Conradum, sub Decembre ab *B. Alberto Magno* exceptus in refectorio Conuentus Coloniae inter florentes arbusculas, arte uiuificatas in aquis calidis, quas inter auiculæ fritillantes vernabant. Imperiti magicâ fieri putabant.

Papa *Carmelitarum Regulam*, ab Alberto Patriarcha per scriptam, nunc datam Hugoni & Guilielmo Prædicatoribus mitigandam, confirmat.

A. MCCXLIX. *Guilielmus* Rex Rom. confirmat priuilegia Ecclesiastica, iurat que fidem Papæ: Friderico heretico Circumcellionum permittente, ut quæ Papam proclamaret ut hæreticum.

Erfordij, Hierotheca seruata argentea, fures *S. Hostias corporali inuolutas* in lacunam abijciunt. Quinto post mense vnus æger confitetur, & moritur. Cōfessarius cum Magistratu lacunâ adit in octaua Epiphaniæ, in lacu non congelato reperit linteolum cum Hostijs siccum: visæque ibi fuerant nocturnæ faces. Archiepisc. Moguntinus cum Clero & plebe defert inde ad B. Mariæ solenni cum processione.

A. MCCL. *S. Ludonicus* exacto quinquennio in terra S. recepit Damiatam, bis prælio vicit; demum peste attrito ex-

ercitu recessit, visitata prius religiose cœdula Conceptionis Dominicæ, quæ nunc est Laureti.

*Fridericus* II. velut atheus, vixit: Hi ex mœrore obiisse narrant: at verius, qui produnt eum à Mafredo suo notho, ore compresso, Tarenti suffocatum.

A. MCCLIV. *Carthusiani* hoc anno primum renunciant *esui carniuum* in perpetuum. Qui cum ad hæsitarent, nuntantæ austeritati esse ferendo possint, medius adstitit grandæuus certam eis spondens perseuerantiam, patrocinante Deipara, si *Horarias ei Preces* quotidie sese persoluturos sponderent. Hodieq; fit vtrumque.

A. MCCLV. Ezelinus Comes in Italia, dire iam diu tyrânizauit et impuit; plurima Papæ: Manfredus, iam tyrannus Siciliae, cætera Italię Domina sibi rapit, nudato Papa.

Electores an. 1257. Francofurti Regē Ro. creant hi Richardum Anglum, illi Alphonsum Castellæ Regem: qui muticem digladiantur.

Papa Henricum & Edmundum Reges Angliæ euocat ad capellenda regna Siciliae & Neapoleos: fulminatque in Manfredum & Ezelinum contemtores.

Apud barbaros procul per Dominicanos & Franciscanos fides Christiana proficit; deficit indies hæresis apud Gallos. &c. *S. Ludonicus* solus regnat in pace.

A. MCCLIX. Cardinalis per Crucem signatos extinguit Ezelinū fratremque tyrannos. At *Michael Palæologus*, tutor Lascaris, hunc exoculat, Imperium orientem.

Orientis sibi vendicat; Balduinum I. cum Latinis fugat, Constantinopolim inuadit: Latinum imperium in oriente extirpat; Venetis interim & Geneuensibus digladiantibus; *Hæc ianua ad Turcicum Imperium futurum; & ruinam nostram.*

AN. MCCLX. Parisijs in eleuatione plerisq; Puellum in S. Hostia conspicitibus, monitus S. Ludouicus adspicere noluit, dicens: *Credo: eoque certius video.* Scimus tactu & crucis signo perlanandi gratiam habet. Orator ei Roma attulit licentiam instituendi Pastores: at is ait: *De temporalibus mihi periculosa reddenda est ratio Deo: de Spiritualibus qui poteris? simul abiicit in ignem diploma.*

Italiã perturbatã totã, visum est ad *Supplicationes publicas* solennesq; confugere: itaq; vbiq; peregrinantur *processiones Flagellantium.*

Quibus in turbis, saeculo hoc toto, nihil vulgatius fuit tũ *Miraculis, tum virtus Sanctis Ordinum S. Dominici, & Francisci, & Carmelitarum.*

OTTOMANNVS nascitur, dum Gibellini seu Manfredani atterũt Guelfos.

AN. MCCLXI. Alexandro mortuo Urbanus IV. turbatum excipit plena omnia, medeturque sedulo per Cruce signatos, Qua occasione Bononiã exortitur nouus *Ordo militum Mariæ, dicti Gaudentes*, quod domi remanerent.

AN. MCCLXII. Manfredi excommunicati tandem à Cruce signatis deletur exercitus; S. Petri Patrimonium Ecclesiã restituitur. In hisce mores Cleri perditæ erant pessundati.

AN. MCC. LXIII. Richardus Cornubiã Rex creatur & Rex Ger. Aquisgra-

ni; cedente Alfonso Castilię, sic suadente Papa.

*Ordo Guilielmitarum, & Eremitarum S. Aug.* alias a. 1256. adprobatu confirmantur. Turca interim per totum Oriẽtem prædas agit, cogitq; ad eas incitas Palæologum; vt supplex Papæ vnierit *Gracos cum Latinis*; at instabiles.

AN. MCCLXIV. Urbanus IV. instituit, seruariq; præcepit *Festũ Corporis Christi.* An. 1266. Occiso Máfredo per victorem Carolum Siciliã & Neap. Regem; itemq; Maurorum victore; Serenit s re dijt Italiã; Papis nil de iure suo tantas inter turbas remittentibus.

AN. MCCLXVII. Rodolphus Comes Habsburg. eligitur Rex Rom. ita de SS. Eucharistia meritus olim. In venatione, die pluuiio, incidit in Sacerdotẽ, qui SS. Eucharistiã ad ægrotum peregre deferret; equo defiliens ipsum imponit, sequiturq; pedes, & capite nudus SS. Sacramento præeuntem ad vsq; domum ægri, reducemque pariter secuto prædicat Sacerdos: *Honorasti omnium Imperatorẽ, honoraberis Imperio tu, posteriq; tui.*

Papa pro S. Ludouico cum tribus filijs in terram S. ducente, *indicit Decimã*, tota Francia & late circũ pendendam; proq; Iure id Pontificis Max. in terras, in causa Religionis.

AN. MCCLXVIII. Conradinus ex cõmunicatus, iunctis Gibellinis, animo excindendi Papam, ducit in Carolũ, qui capit ipsum, enecatq; fuso exercitu. Obiitq; Papa. Vacatq; sedes triennio ex Cardinalium diffidio.

A. MCCLXIX. Ad Neapolim aleatore *imaginem Dei paræ* secundum faciem vulnerante, cruor manauit.

PP

AN.

AN. MCCLXX. S. Ludoui, ad Carthaginē dyſſenteria moritur: eademque pene extinguitur exercitus. *Reliquiarum obſeruatiſſimus Lancea Dominica ferrum præfixū accepit à Balduino II. Amabat Theologos, imprimis Robertū Sorbonē; à quo Sorbona Pariſienſis originem habet, ab S. Ludouico erecta ac fundata.*

AN. MCCLXXIII. Perfecta vnione Græcorum cū Ro. Eccle. mandat Papa Electoribus VII. viris vt Rodolphū coronent Imp. & Aduocatū Eccleſiæ: ſi ſe Eccleſiæ, Imperioq; conſulturū Deliberatione Comitiali ad triduū variante, demū renunciatur Imp. Alberti Magni, vt putatur, conſilio, qui illius fuerat Cōteſſarius, & Electorib. Colo. & Treuir. gratiſſimus. In Coronatione Aquigrani proditur, coruſcā crucē ſuper baſilicam fuiſſe delaptam. Inuitat<sup>o</sup> tæpius in Italiā pro coronatione diſtulit; demū cauſam edixit: *Lata, bonæq; ſpei veſtigia Imperatorū ſemper fuiſſe video in Italiā ingredientium; at maſta & infelicia egredientium.* In coronatione cū ſceptrum minus in promptu ad-eſſet, tacta cruce ait: *Ecce ſignū, in quo redempti ſumus; hoc vtamur loco ſceptri.*

Montfortius quod filiū Regis Anglię Romæ ſub Miſſa occidiſſet, cū recte ex collo ſupplex Papæ ſubit pœnitentiam, qui eum tetto claudit carcere, dum Principum audierit de eo ſententias.

A. 1274. Conc. Lugdun. II. Generale 500. Epifco. aliorumq; totidem Præſulum ex vitroq; orbe celebrat Gregor. X. de ſubſidio Syris Chriſtianis ſubmittendo; de Græcis Eccleſiæ reſtituendis; de reformatione morum. Ad hoc tendens itinere immoritur S. Thomas Aquinas. In hoc S. Bonauentura creatur Cardinalis.

AN. MCCLXXIX. Rudolph. Imp. in Comitibus Viēnenſibus data aurca Bul la complexus eſt & confirmauit Eccleſ. Rom. omnia iura, priuilegia, & bona ſid. que omnium Principum conſenſu.

Turcici Imperij ominata origo eſt talis: Etruales clara die ſomniauit vti & referebat. Ebeuli: *Somniaui ſplendorem luna è tuo ſinu prodire, & in meum peruenire; dein ex meo umbilico enaſci arborem, qua varias regiones inumbraret; ad radices autē enaſci aquam, qua vineas hortosq; rigaret.* Cui Ebeules: paulisper meditatus: *Naſcetur tibi filius Oſmanes: qui victoriam ſanamque pariet, ac poſteri Reges terrarū erunt. Mea autem filia Oſmani nubit. Ex vitroq; arbor.*

A. MCCLXXXII. Carolus Claudus, Caroli Siciliæ filius, poſt *Siculus Veſperas* an. 1280. nauali in prælio captus, omni ſpe liberationis deſperata, patronā ſuam S. Magdalenam inuocat. Quæ in vigilia ſuæ feſtiuitatis apparens ei poſtulat, vt ſui Corporis S. reliquias ſubleuet, Ordiniq; Prædicatorum iſthic monaſterium colloget, ac fundet, centum iſthic ſuſtē-tandis. Spēdet: & ecce ab Diua liberē-ducitur. Eius parēs Franciſcano apparens petit ab eo liberari è purgatorio. Vt factum.

Mortuo Palæologo, facta quoq; Græcorum cum Romanis Vnio abrupta eſt: interq; res inquietas illas ex Turcis Ottomanicis familia ſeſe erexit.

An. 1285. Carolus Claudus fit Rex Siciliæ. Cuius exercitum Gallorum in Hiſpaniā ductum, grandium muſcarū verſicolorum nimbus aculeis, ceu gladijs, occidunt: præſidio, vt creditur, S. Feliciſſi & Neriſſi, Gerundæ in Hiſpanijs patronorum.

Ista inter plurimi claruere Sancti miraculis ante, postq; fata. Papæ vero conciliandis, coercendisue Principibus ac Regibus plurimum destinabantur.

AN. MCCLXXXIX. *Sultanus* inuadens Ptolomaidem dire læuit; confugis ad templa donat vitā: sed dum resistunt abutētis sexui foemineo, truedatur. *Sanctimoniales* S. Clarae se mutuo denafatas deformāt; ideoq; maclantur. Papa Nicolaus IV. indicit bellum sacrum in sequentem annum. Sed res Orientis fata urgebant, an peccata.

Carlus opitulās Guelfis, seu Pontificijs Florentina è repub. tota *vicci Gibellinos*: qui Vgolnum Guelforum principē humana felicitate ebrium, misere, sed iuste, fame necarunt anno superiore.

AN. MCCXC. *Ordo Penitentium* S. Francisci confirmatur.

AN. M. CXCI. Iudæi ab infantici dijs multis passim per annos præteritos infames, proferibuntur tota Angliā in Conc. Londinensi.

In luprema Palæstinæ clade. *Mariana Domus* Incarnatione Dominica in clyta, transfertur Angelorum manibus è Nazaretho Syriæ in Darmatiam. Deipara Tersaelsen Episcopo ægro apparens indicat Domū esse natalem sui. at Christi conceptione sanctam aram à S. Petro consecratam, effigiem à S. Luca depictam; post sui Assumptionem vertisse in sacellum.

Rodolphus moritur, cum ann. 1289. consensisset coronari à Papa.

AN. MCCXCIV. Ion. Duacijs Scotus semel sepultus, bis mortu<sup>9</sup> est, *exalimus* à pleriq; dictus; apoplexia sopitus Colonia sepelitur: redditus sibi nequicquam pulsitans ac mugiens eliso capite

perijt. In dubium omnia vocantis mors venit in dubium.

*Augusta Domus B. Maria* transfertur ab Angelis è Dalmatia in syluam Picenam Lauretæ matronæ piæ.

AN. MCCXCV. In Iulio *Domus Lauretam* transmigratur ob odia duorum fratrum in quorum agro communi stabar.

Adolphus Nassouius astu Moguntini electus Rex Romanorum iuramentum fidelitatis & obedientiæ præstat Papæ. Sed An. 1296. compertis eius flagitijs, Electores ei abrogant imperium; creantq; Albertum Austriæ, dum Moguntinus Pragæ inungeret Wenceslaum II.

AN. MCCXCVII. S. Ludouicus Caroli Claudi Siciliae filius, Franciscanus, canonizatur: Et Festa Apostolorū, Euāgelistarum ac Doctorū sub præcepto indicuntur a Bonifacio VIII. Et *Sextus Decretalium* euulgatur.

AN. MCCXCIX. Albertus Adolphum occidit in prælio sex horis pene ancipiti, intra Spiram & VVormatiam: iterumque electus in Francofurdanis Comitijs est.

*Cassanus* Rex Tartarorum ethnicus vultu deformis ex Christiana prolem accepit deformem, vt parens hanc cum matre, ceu adultera, flammis addiceret. Illa rogat infantem baptizari, seque confessione prius expiari: Et ecce infans baptizatus fit formosissimus. Quo per motus Rex fit Christianus, petitq; Romā Catechistas.